

tionem sui in caritate; Et iterum ad colossenses. de his  
qui non haberent cognitionem unigeniti filii dei; quia  
non tenent inquit caput. ex quo omne corpus compa-  
ginationis & conligationis subministratum & copu-  
latum. crescit in incrementum dei. Caput enim  
christum ecclesie. supra diximus; Et alibi habet. quia  
de plenitudine eius accepimus. Et ipse dominus dixit. De  
meo accipiet & adnuntiabit uobis. Et supra ait.  
Cognoui exisse uirtutem ex me. Similiter ut  
cognoscas unitatem. & iam de spiritu dicitur; quia  
qui seminat in spiritu. de spiritu & uitam aeternam.  
Et iohannes ait. Ex hoc cognoscimus quia in nobis est  
de spiritu quem dedit nobis. Et angelus dicit. quod  
enim ex ea nascitur. de spiritu sancto est. Et dominus ait. quia  
quod natum est de spiritu. spiritus est. Ergo sicut ex patre <sup>legunt</sup>  
esse omnia. ita ex filio posse dici omnia. pro quem omnia  
sunt. & ex spiritu esse omnia. in quo omnia sunt. testi-  
monia eduntur; Nunc consideremus. utrum pro pa-  
trem esse aliquid docere possimus; Sed scriptum est.  
Paulus seruus christi. pro uoluntatem dei; Et alibi. Sicut  
resurrexit christus pro gloria patris; Et alibi de spi-